

Epilogus

Praesentem igitur generalem nostram legem (1) manifestam tua gloria faciat per edicta solennia et iis, qui hanc maximam civitatem, et qui provincias habitant, ut nullus hominum, quae ad salutem communem sancita sunt a nobis, ignoret.

Dat. Kal. Septemb. Constant. imp. DN. IUSTINIANI PP. Aug. anno XXI., post cons. BASILII V. C. anno VI. [547.]

CONST. CXXXIII (2)

DE COLLATORIBUS, ET ALIIS CAPITULIS
(Coll. IX. tit. 14.)

Imp. IUSTINIANUS Aug. PETRO, gloriosissimo sacrorum Praetorium Praefecto.

Cap. I

Quaecunque ad utilitatem nostrorum collatorum respiciunt studentes adimplere, et hanc praesentem ponimus legem, per quam sancimus, per Iulium (3) vel Augustum mensem uniuscuiusque indictionis particulares dispositiones collationum futurae indictionis in foro uniuscuiusque dioecesis gloriosissimorum nostrorum praefectorum sub confectione monumentorum manifestari, declarantes, quantum unicuique provinciae sive civitati pro unoquoque iugo, aut villis (4), aut centuriis, aut alio quolibet tam in specie, quam in auro fiscalium causa imminet, indicantes quoque specierum aestimationem secundum mensuram in unoquoque loco tenentem, et (5) quidquid ex his in arcam inferri aut in unaquaque (6) dari aut expendi oportet; sic igitur compositas tales dispositiones provincialium iudicibus mox destinari in proemiis uniuscuiusque indictionis, et per eos proponi in civitatibus sub eis constitutis intra Septembrem aut Octobrem menses. Sed et volumus (7) exemplaria eorum ex foro gloriosissimorum praefectorum sine dilatione dari, ut collatores cognoscant, quemadmodum debent collationes inferre. Si vero ante insinuationem in alios titulos, praeter eos, qui continentur particulari dispositione anni, collatores fiscalia exsolvant aut in provincia expendant, iubemus, eis in eiusdem indictionis collationes hoc reputari, ut nullum ipsi patiantur damnum. Si vero secundum a nobis definitum tempus non dirigantur huiusmodi particulares dispositiones, qui quidem per tempus gubernant nostrum praetorium triginta librarum auri poenam persolvant; uniuscuiusque vero provinciae tractatae quinque et viginti librarum auri poenam exigantur (8). Si autem iudex missus easdem particulares dispositiones in provinciis non proposuerit, decem librarum auri poena damnabitur, et

(1) El cód. Hamb.; legem nostram. invirtiendo el orden de las palabras las ed.

(2) El texto griego (Novela CXXVIII.) se halla en Hal. y en Scrimg.—Athén. XX. 1. y Parat. § 21. Athén. tit. 4. y lib. πρὶ ὀξυ. ἀξυ. § 20. La mayor parte de la Novela se halla en las B. S.—Julian. Const. 121.—La versión latina es la antigua gloriosa.

(3) collatorum pertinent per Iulium, omitiendo lo demás, el cód. Hamb., Trid., y Port. Parece que Concilio suplió atendiendo al texto griego una antigua laguna que aquí en este pasaje había.

(4) Illis, Trid.; otros escriben villis, según anota Cont. al márgen.

Epilogo

Por tanto, haga manifiesta tu gloria nuestra presente ley general por medio de los edictos acostumbrados, así a los que habitan esta muy grande ciudad, como a los que las provincias, para que ningún hombre ignore lo que para común salud ha sido sancionado por nosotros.

Dada en Constantinopla el día de las Calendas de Septiembre, en el año vigésimo primero del imperio del señor JUSTINIANO, Augusto perpétuo, sexto después del consulado de BASILIO, varón muy esclarecido. [547.]

CONSTITUCIÓN CXXXIII

DE LOS CONTRIBUYENTES, Y DE OTROS CAPÍTULOS
(Colección IX. título 14.)

El Emperador JUSTINIANO, Augusto, a PEDRO, gloriosísimo Prefecto de los sacros Pretorios.

Capítulo I

Procurando llevar a cabo cuanto tiende a utilidad de nuestros tributarios, establecemos también la presente ley, por la cual mandamos que en los meses de Julio ó de Agosto de cada indicción se manifiesten en el foro de cada diócesis de nuestros gloriosísimos prefectos mediante la formalización de actas las particulares disposiciones de las contribuciones de la futura indicción, que declaren cuánto incumbe a cada provincia ó ciudad por cada yugada, ó por las granjas, ó por las centurias, ó por otra cualquiera cosa, tanto en especie, como en oro, por causa de los tributos fiscales, y que también indiquen la estimación de las especies según la medida en uso en cada localidad, y lo que de ellas se deba ingresar en la caja, ó dar ó gastar en cada provincia; y así, formadas tales disposiciones, sean enviadas inmediatamente a los jueces de las provincias al comienzo de cada indicción, y sean por ellos expuestas dentro de los meses de Septiembre ó Octubre en las ciudades constituidas bajo su dependencia. Pero también queremos que del foro de los gloriosísimos prefectos se den sin dilación copias de aquellas, para que los contribuyentes sepan de qué modo deben pagar las contribuciones. Mas si antes de la insinuación los contribuyentes pagaran los tributos fiscales ó hicieran gastos en la provincia, por otros títulos, independientemente de los que están contenidos en la disposición particular del año, mandamos que esto les sea computado para las contribuciones de la misma indicción, a fin de que ellos no sufran ningún quebranto. Pero si tales disposiciones particulares no fueran enviadas dentro del tiempo fijado por nosotros, paguen los que ciertamente gobiernan a la sazón nuestro pretorio la pena de treinta libras de oro; y a los recaudadores de los tributos de cada provincia exijaseles

(5) secundum mensam et in unoquoque loco tenentem consuetudinem et. en vez de secundum mensuram in unoquoque loco tenentem, et Bk. ed. estereotipada.

(6) provincia. añ. de aquí después de unaquaque Bk. en su ed. estereotipada.

(7) menses, sed et volentibus, en lugar de menses. Sed et volumus, Bk. ed. estereotipada.

(8) Hk.; uniuscuiusque provinciae vero tracte ut XXX. librarum auri poenam exigantur, el cód. Hamb.; uniuscuiusque provinciae vero tracte ut et XX. librarum auri poena exigetur, Trid.; uniuscuiusque vero provinciae contractae quinque et viginti librarum auri poenam exigantur, Port., y Cont.

spoliationem cinguli sustinebit; eius quoque (1) officium quinque libras auri exigetur.

Cap. II

Iubemus vero, specierum quidem illationem mox ex principiis uniuscuiusque indictionis incipere, argenti vero illationis titulum (2) secundum definita tempora.

Cap. III

Pro fiscalibus autem collationibus desuscepta sive securitates particulares aut plenarias omnibus ab iis, qui fiscalia suscipiunt, fieri definimus (3), manifestantes et solidorum qualitatem (4), et specierum, nec non et iugorum, sive villarum (5), sive centuriarum, et nomina possessionum, pro quibus functiones suscipiunt. Si vero secundum praedictum modum desuscepta sive securitates non fecerint, iubemus, eos et poenam decem librarum auri exigi, et tormentis subdij; similiter iudicem provinciae decem librarum auri exigi poenam, si de hoc interpellatus non iudicaverit (6), et compulerit desuscepta sive securitates secundum quem definivimus ordinem scribi.

Cap. IV

Hoc autem iubemus observari, ut (7), si quis forsan collatorum dubitat de possessione, pro qua fiscalia exiguntur, aut pro qua fiscalium quantitatem (8), omnibus modis fiscalium descriptionum custodes cogi a provinciae iudice, aut illo negligente, a locorum sanctissimo episcopo eas proferre, et fiscalium ostendere quantitatem, et secundum virtutem (9) publicae descriptionis exigi possessorem.

Cap. V

Et in hoc quoque adjuvare nostros collatores perspeximus, ut non necessitas inferatur possessoribus sub hypothecis decimationes (10) nominare in auro collationis, ut non aliquam ex hoc ipsi patiantur laesionem, sed eos, quibus in unaquaque provincia aut civitate periculum fiscalium exactionum imminet, sive iudices (11) sint, sive curiales, sive exactores, seu vindices (12) aut canonicarii, aut alii quidam, proprio periculo et suscipere pecunias, et transmitters, et expendere, in quibus deputatae sunt utilitatibus.

Cap. VI

Et hoc custodiri iubemus, canonicarium talem

(1) eiusque, *Bk. ed. estereotipada.*

(2) titulus, *el cód. Hamb., y Trid. Mejor estaria titulos.*

(3) *Trid., y Port.; definivimus, el cód. Hamb., y Cont.*

(4) quantitatem, *Bk.*

(5) villorum (tillarum), *el cód. Hamb., no siendo dudoso que el antiguo traductor latino escribió villorum, y en el capítulo I. vilis.*

(6) vindicaverit, *enmienda acertadamente Leunclav. Notat. II. 244.*

la pena de veinticinco libras de oro. Mas si el juez á quien se le enviaron no hubiere expuesto las mismas disposiciones particulares en las provincias, será condenado á la pena de diez libras de oro, y sufrirá la privación del cingulo; y á sus oficiales se les exigirán también cinco libras de oro.

Capítulo II

Pero mandamos, que el pago en especies comience inmediatamente desde el principio de cada indicción, pero los títulos de pago en metálico en las épocas fijadas.

Capítulo III

Mas respecto á las contribuciones fiscales mandamos que por los que reciben los tributos fiscales se les hagan á todos descargos ó resguardos parciales ó totales, que manifiesten la calidad de los sueldos, y de las especies, y también de las yugadas, ó de las granjas, ó de las centurias, y los nombres de las posesiones, por las que reciben las contribuciones. Mas si no hubieren hecho en el modo susodicho los descargos ó los resguardos, mandamos que se les exija á ellos la pena de diez libras de oro, y que sean sujetos á tormentos; y del mismo modo, exijasele al juez de la provincia la pena de diez libras de oro, si requerido por esto no hubiere juzgado, y compelido á que se escriban los descargos ó resguardos del modo que hemos determinado.

Capítulo IV

Pero mandamos que se observe esto, que, si acaso algún contribuyente dudara respecto á la posesión por la que se le exigen los tributos fiscales, ó la cantidad de tales tributos, sean de todos modos obligados por el juez de la provincia, ó, descuidándolo éste, por el santísimo obispo de la localidad, los guardadores de las distribuciones de los tributos fiscales á presentarlas, y á mostrar la cantidad de los tributos fiscales, y á exigírsela al poseedor con arreglo á la verdad de la distribución pública.

Capítulo V

Y también hemos determinado favorecer á nuestros contribuyentes en esto, en que no se les imponga á los poseedores la necesidad de asegurar con hipotecas los diezmos de la contribución en oro, para que no sufran ellos mismos por esto lesión alguna, sino que aquellos, á quienes en cada provincia ó ciudad incumbe la responsabilidad de las exacciones fiscales, ya sean jueces, ya curiales, ya cobradores, ya vengadores, ya canonicarios, ú otros cualesquiera, reciban bajo su propia responsabilidad las cantidades de dinero, y las transmitan, y las inviertan en las utilidades á que fueron destinadas.

Capítulo VI

Y mandamos que se observe esto, que se envíe á

(7) *El cód. Hamb., y Trid.; ut, omitenla Port., y Cont.*

(8) *El cód. Hamb., y Trid.; quantitate. Port., y Cont.; aut de fiscalium quantitate. Bk. ed. estereotipada.*

(9) *et secundum vitium, el cód. Hamb.; et virtutem (omittiendo secundum, Trid.; et servitatem, Port., y Cont.*

(10) *possessoribus susceptoribus. Bk.*

(11) *El cód. Hamb., Trid., y Port.; vindices, Cont.*

(12) *El cód. Hamb.; seu vindices, omitenlas las ed.*

in provinciam destinari, qui possit periculo ordi-
nantium eum exigere fiscalia tributa, ut (1) per
nullam occasionem impulsorem post eum mitti, et
damnum subiectis inferre (2); impulsione et ipsum
vocabulum (3) de cetero perimimus. Si vero non
opportunos inveniatur canonicarius, non impulsor
mittatur, sed illo remoto alter dirigatur canonicari-
us. Ipsum quoque canonicarium contentum esse
iubemus deputatis consuetudinibus, et nullam sub-
iectis inferre laesionem.

Cap. VII

Sin autem aliquando contigerit superindictionem
cuiuslibet possessionis conservae aut contributa-
riae fieri (4), ex illo tempore iubemus superindi-
ctum suscipientem exigi pro eo fiscalia, ex quo
tradita est ei superindicta possessio, non aliter au-
tem superindictum fieri, nisi ex rescripto (5) de
hoc examinatio fiat apud provinciae iudicem, et
sententia eius procedat, definiens eum, qui debet
superindictum suscipere. Si quis autem putaverit
se laedi, liceat ei provocare, ut in foro gloriosissi-
morum praefectorum appellatio examinetur, et se-
cundum leges terminum suscipiat.

Cap. VIII

Si vero aliquando contigerit dominum cuiuscun-
que possessionis aut non apparere, aut ad fisca-
lium solutionem non sufficere, ut ex hoc super-
indictionis necessitas suscipiatur, iubemus, hanc
repente tradi iis, qui conserva (6) aut contributaria
praedia possident, cum omnibus, qui in ea inve-
niuntur, agricolis, et peculis eorum, et enthecis,
et fructibus, et animalibus, et omni alio instru-
mento et instructo (7) ibi invento. Si vero aut per-
sona, quae debeat eam secundum legem suscipere,
non inveniatur, aut alio quocunque modo differri
superindictum contigerit, iubemus, gesta confici
apud provinciae iudicem, significantia et qualita-
tem, et statum eius possessionis, et omnia in ea
inventis, ut sic eam curiales, aut exactores, aut
officiales (8) suscipiant, et si postea inveniatur,
qui debeat eam secundum leges suscipere, non
aliter fieri, nisi quod (9) per occasionem (10) ex-
actorum, aut curialium, aut iudicum (11), aut offi-
cialium eius peius aut minus factum est, ei, qui
suscipit, restituatur.

Cap. IX

Hoc quoque iubemus, ut pro pecuniis aut spe-
ciebus in provinciis expensis non exigantur colla-
tores ea, quae dicuntur transmissoria, et (12) pro
iis autem, quae transmittuntur, non amplius prae-

las provincias un canonicario tal, que pueda exigir
los tributos fiscales bajo la responsabilidad de los
que lo nombran, para que en ninguna ocasión se
envie después de él un impulsor, y se les cause
perjuicio á los súbditos; y aun suprimimos para lo
sucesivo la misma palabra impulsión. Mas si se ha-
llara que el canonicario no es conveniente, no se
envie impulsor, sino, separado aquél, enviase otro
canonicario. Y mandamos que el mismo canonicario
se contente con las asignaciones de costumbre,
y que no se les cause lesión alguna á los súbditos.

Capítulo VII

Pero si alguna vez aconteciere que se impone el
recargo de contribución de cualquiera posesión co-
obligada ó contributaria, mandamos que al que reci-
be la posesión recargada se le exijan por ella los
tributos fiscales desde el tiempo en que se le entre-
gó la posesión sobrecargada, pero que no se haga
recargo de otra suerte, sino si por virtud de res-
cripto se hiciera examen de esto ante el juez de la
provincia, y emanara sentencia de éste, que deter-
mine quién debe encargarse del recargo. Mas si
alguno creyere que él era lesionado, séale lícito
apelar, para que la apelación sea examinada en el
foro de los gloriosísimos prefectos, y reciba térmi-
no con arreglo á las leyes.

Capítulo VIII

Mas si alguna vez aconteciere ó que no parecía
el dueño de una posesión cualquiera, ó que no era
abonado para el pago de los tributos fiscales, de
suerte que de esto se origine la necesidad de recar-
go, mandamos que inmediatamente sea entregada
aquella á los que poseen predios coobligados ó co-
tributarios, juntamente con todos los agricultores
que en la misma se hallan, y con sus peculios,
utensilios, frutos y animales, y con todos los demás
útiles y aperos que en ella se encuentren. Mas si ó
no se hallara la persona que con arreglo á la ley
deba encargarse de ella, ó aconteciere que de otro
cualquier modo se difiere el recargo, mandamos
que se hagan ante el juez de la provincia actas en
las que se signifique la calidad y el estado de aque-
lla posesión, y todo lo encontrado en ella, para que
de este modo se encarguen de ella los curiales, ó
los cobradores, ó los oficiales, y si después se ha-
llara quien deba encargarse de ella con arreglo á
las leyes, no se haga de otra suerte, sino si al que se
encarga de ella se le restituyera lo que se deterioró
ó no se hizo con ocasión de los cobradores, ó de los
curiales, ó de los jueces, ó de los oficiales de éste.

Capítulo IX

También mandamos, que por las cantidades de
dinero ó especies gastadas en las provincias no se
les exijan á los contribuyentes las que se dice
transmisoria, y que por las que se transmiten n

(1) *El cód. Hamb., y Trid.; et, Port., y Cont.*

(2) *El cód. Hamb.; inferri, las ed.*

(3) *damnum subiectis inferre impulsione, et ipsum voca-
bulum, el cód. Hamb., Port., y Cont. No hay coma después
de impulsione en la ed. Trid. Al margen dice Cont.: impul-
soris, los antiguos. Este pasaje estaria mejor así: inferre;
impulsoris enim et ipsum vocabulum.*

(4) *possessionis conservare aut contributarie fieri, el có-
dice Hamb., y Trid.*

(5) *ex scripto, Bk. ed. estereotipada.*

(6) *qui conservant, Trid.*

(7) *et omni alio instructo ibique invento, el cód. Hamb.;*

*et omni alio instructo instrumento ibique invento, Trid.;
omni alio instrumento ibi invento, Port., y Cont.*

(8) *curiales sive exactores aut iudiciales, el cód. Hami
pero se añadió por segunda mano al margen: aut oficiales
curiales aut exactores aut vindices aut oficiales, Bk. en
ed. estereotipada.*

(9) *El cód. Hamb., y Trid.: nisi ut quod, Port., y Cont.*

(10) *fiat, adicionan el cód. Hamb., y Trid.*

(11) *iudicialium, el cód. Hamb.; vindicium, acertadame-
Cont. al margen.*

(12) *El cód. Hamb., y Trid.; et, omitenla Port., y Cont.*

beri horum, quae ex initio in unaquaque provincia deputata sunt.

Cap. X

Eos autem, qui in provinciis (1) pro quibuscunque publicis exactionibus diriguntur, non aliter inchoare exactionem, nisi prius in (2) provinciali iudicio insinuaverint impositas sibi de hoc iussiones, ut exsolventes fiscalia tributa nulli pro his periculo aut damno subiiciantur; hoc ipso et super privatis negotiis observando.

Cap. XI

Hoc quoque iubemus, eis, quibus fiscalium exactio iniungitur, nullam privatarum causarum executionem committi, sed et si quid eis tale iniungatur, nullo modo praesumere eos hoc agere, ne occasione publicarum functionum nostri subiecti laedantur.

Cap. XII

Si autem aliquis pro veritate publica debens tributa dicat exsecutori, esse sibi alium debitorem, non licere exsecutori molestiam aliquam denominato inferre, nisi prius (3) debitor probetur nullo omnino modo posse publica tributa persolvere. Hoc tamen prius requiri apud iudicem provinciae, si pro veritate debitor est is, qui denominatus est, et ita fiat exactio in utroque casu. Si quis autem exsequi aut exigere (4) citra ea, quae a nobis disposita sunt, praesumserit, et cingulo nudabitur, et confiscabitur, et exsilio tradetur; qui autem iniunxerit aut praeceperit (5) iudex, decem librarum auri exigatur poenam, et officium eius quinque librarum auri subiaceat poenae.

Cap. XIII

Nulli vero penitus liceat publica tributa exigentium, neque censalibus, aut rationum scriptoribus, aut aliis quibusdam publice ministrantibus, excusatione uti, quod in sacro loco resideant, contra (6) eos, qui dicunt se laesos ab eis in fiscalium exactione.

Cap. XIV

Nullus autem penitus molestetur pro tributis terrarum, quas non possidet, sed etiam si contingat agricultores alicui competentes aut adscriptitios propriam habere possessionem, illos molestiam sustinere (7), nisi forte propria voluntate tali functione se fecit obnoxium.

Cap. XV

Eos autem, qui publica tributa exigunt, iustis

- (1) *El cód. Hamb., y Trid.; provincias, Port., y Cont.*
- (2) *El cód. Hamb., y Trid.; in, omittenda Port., y Cont.*
- (3) *primus, Bk. ed. estereotipada.*
- (4) *Bk.; fiat exactio. In utroque casu si quis exsequenti aut exigere et cód. Hamb.; fiat exactio. In utroque vero casu si quis aut exequi aut exigere las ed.*
- (5) *permiserit, Bk.*
- (6) *excusationem quod in sacro loco resideant contra, et*

se de más de lo que desde un principio ha sido señalado en cada provincia.

Capítulo X

Mas los que para cualesquiera exacciones públicas son enviados a las provincias, no comiencen la exacción de otro modo, sino si antes hubieren mostrado en el tribunal provincial las órdenes dadas a él para esto, a fin de que los que paguen los tributos fiscales no queden sujetos por ellos a ningún peligro o perjuicio; debiéndose observar esto mismo también en los negocios privados.

Capítulo XI

Y mandamos también, que a los que se les confiere la exacción de los tributos fiscales, no se les encomiende ninguna ejecución de causas privadas, sino que aun si se les encomendara alguna tal cosa, no se atrevan ellos de ningún modo a hacerla, a fin de que no sean lesionados nuestros súbditos con ocasión de las contribuciones públicas.

Capítulo XII

Mas si alguno debiendo verdaderamente tributos públicos le dijera al ejecutor que otro era deudor de él, no le sea lícito al ejecutor causarle molestia alguna al designado, sino si antes se probara que el deudor no podía absolutamente de ningún modo pagar los tributos públicos. Mas investiguese primeramente ante el juez de la provincia si verdaderamente es deudor el que fué designado, y hágase así la exacción en uno y otro caso. Pero si alguno se hubiere atrevido a perseguir o a exigir más de lo que por nosotros ha sido dispuesto, será despojado del cingulo, se le confiscarán los bienes, y será enviado a destierro; mas al juez que se lo hubiere impuesto o mandado, extíjasele la pena de diez libras de oro, y queden sujetos sus oficiales a la pena de cinco libras de oro.

Capítulo XIII

Mas a ninguno absolutamente de los que exigen los tributos públicos, ni a los encargados del censo, ni a los que escriben las cuentas, o a otros cualesquiera de los que prestan público servicio, les sea lícito valerse de la excusa de que residen en lugar sagrado, contra los que dicen que fueron lesionados por ellos en la exacción de los tributos fiscales.

Capítulo XIV

Mas ninguno absolutamente sea molestado por tributos de tierras, que no posee; pero también si aconteciera que agricultores que le pertenecen a alguien o adscriptitios tienen una posesión propia, sufran ellos su carga, a no ser acaso que aquel se haya constituido obligado por propia voluntad a tal contribución.

Capítulo XV

Pero mandamos que los que exigen los tributos

- cód. Hamb.; excusationem quod—resideant aut contra, Trid. Parece que el antiguo traductor latino escribió: excusatione (excusationem) quod in sacro loco resideant uti contra etc.*
- (7) *illos molestiam sustinentes, el cód. Hamb., y Trid. Este pasaje adulterado lo rectificó así Bk.: illos pro ea publica inferre tributa dominium eorum nullam molestiam sustinere, cuyas últimas palabras estarían mejor de este modo: domino eorum nullam molestiam pro his sustinente.*

ponderibus et mensuris uti praecipimus, ut neque in hoc nostros tributarios laedant. Si autem collatores putant gravari se sive in mensuris, sive in ponderibus, habeant licentiam specierum quidem mensuras et pondera a gloriosissimis praefectis, auri vero, et argenti, et reliquorum metallorum pondera a gloriosissimo per tempora comite sacrarum largitionum accipere; et has mensuras et pondera in sanctissima uniuscuiusque civitatis ecclesia servari, ut secundum ea et gravamen collectorum, et fiscalium illatio, et militares et aliae expensae fiant.

Cap. XVI

Civitatum vero nostrae reipublicae et habitantium eas perfecte prospicientes iubemus, nullam omnino esse licentiam fiscalium exactoribus communicare pecuniis, quae operibus et frumentis civitatum, et (1) aquaeductibus, aut aliis quibuslibet solennitatibus aut salariis deputatae sunt, aut retinere aliquid ex iis, aut ad proprium lucrum redigere, sed sine aliqua dilatione aut imminutione has praebere, ut proficiant ab initio in quibus deputatae sunt operibus; sed neque possessores aut habitatores civitatum praesumere quolibet modo auferre aliquid ex ipsis pecuniis aut nomine descriptionum, aut pro sportulis dare aliquid ex his aut expendere. Si quis autem dare aut accipere ex his praesumserit, iubemus, eum de suo in duplici quantitate hoc civitati reddere. Sed neque provinciarum iudices, aut eorum officia, aut alium quemlibet omnino participium habere aliquid ad praedictas pecunias, aut eorum dispensationi semetipsum miscere, sed civitatis (2) sanctissimum episcopum, et primates, nec non et eius possessores constituere quidem patrem civitatis, et frumentarium (3), et alios huiusmodi dispensatores, singulis autem annis impletis, sanctissimum episcopum cum quinque primatibus civitatis rationes exigere eos, qui ab ipsis ordinati sunt, et si quid ex talibus ratiociniis apparuerit debitum, aut remansisse, exigi huiusmodi dispensatores periculo eos constituentium, et utilitatibus, quibus deputata sunt, reservari. Si quis autem ex praedictis dispensatoribus inefficax inveniatur, repente hunc removeri iubemus, aliumque pro eo et (4) a sanctissimo civitatis episcopo et reliquis possessoribus, sicut praedictum est, ordinari, scientibus iis, qui dominant eos, quia, si quod damnum civitati contigerit, ex propriis substantiis hoc medebuntur.

Cap. XVII

Nulli vero liceat eorum, qui in officio sunt gloriosissimorum praefectorum, aut in alio officio aut in schola constitutorum, talia ratiocinia committi, neque ex praeepto cuiusdam (5) administrationis (6) aut alterius iudicis scriptis (7), nec si pragmaticam aut aliam sanctionem, aut sacrum commonitorium accipiat, praecipiens ei aliquid tale.

(1) aut. Bk.

(2) cuiusque, adicienda Bk.

(3) El cód. Hamb., y Trid.; frumentarios, Port., y Cont.

(4) El cód. Hamb.; et, omitienda las ed.

públicos se sirvan de pesos y medidas justos, para que ni en esto perjudiquen a nuestros tributarios. Mas si los contribuyentes juzgan que ellos son perjudicados ó en las medidas, ó en los pesos, tengan licencia para recibir de los gloriosísimos prefectos las medidas y los pesos para las especies, y del que á la sazón sea gloriosísimo conde de las sacras liberalidades los pesos para el oro y la plata y para los demás metales; y consérvense estas medidas y pesos en la santísima iglesia de cada ciudad, para que con arreglo á ellos se imponga á los contribuyentes el gravamen, y se hagan el pago de los tributos fiscales, y los gastos militares y los demás.

Capítulo XVI

Pero mirando cumplidamente por las ciudades de nuestra república y por sus habitantes, mandamos que no tengan los cobradores de tributos fiscales absolutamente ninguna licencia para hacerse partícipes de las cantidades que han sido destinadas á obras y á aprovisionamientos de las ciudades, y á acueductos, ó á otras cualesquiera atenciones acostumbradas, ó á salarios, ó para retener cosa alguna de ellas, ó aplicarla á propio lucro, sino dénlas sin alguna dilación ó disminución, para que aprovechen á las obras á que desde un principio fueron destinadas; pero tampoco se atrevan los habitantes de las ciudades á quitar de cualquier modo cosa alguna de las mismas cantidades á título de repartos, ó á dar por espórtulas ó á gastar cosa alguna de ellas. Mas si alguno se hubiere atrevido á dar ó recibir algo de ellas, mandamos que de lo suyo lo restituya él en doble cantidad á la ciudad. Pero no tengan los jueces de las provincias, ó sus oficiales, ú otro cualquiera, absolutamente ninguna participación en las susodichas cantidades de dinero, ó no se inmiscuyan ellos mismos en su inversión, sino que nombren ciertamente el santísimo obispo y los principales de la ciudad, y también los poseedores de ésta, un padre de la ciudad, y un encargado del aprovisionamiento de granos, y otros tales administradores, pero al cumplirse cada año exijales cuentas el santísimo obispo junto con cinco principales de la ciudad á los que por ellos mismos fueron nombrados, y si de tales cuentas apareciere alguna deuda, ó que quedó sobrante, exijaseles á tales administradores bajo la responsabilidad de los que los nombraron, y resérvese para las conveniencias á que tales sumas fueron destinadas. Mas si se hallara que alguno de los susodichos administradores no es idóneo, mandamos que inmediatamente sea él separado, y que en su lugar se nombre otro por el santísimo obispo de la ciudad y por los demás poseedores, según se ha dicho antes, teniendo entendido los que los nombran, que, si á la ciudad le sobreviniere algún quebranto, se lo resarcirán con sus propios bienes.

Capítulo XVII

Mas no sea lícito que á ninguno de los que se hallan en el oficio de los gloriosísimos prefectos, ó están constituidos en otro oficio ó escuela, se les encomienden tales cuentas, ni por precepto de una administración cualquiera, ó por escrito de otro juez, ni si recibiera una sanción pragmática ú otra cualquiera, ó una sacra prevención, que le ordene

(5) eisdem. Bk.

(6) El cód. Hamb., y Trid.; administratoris, Port., y Cont.

(7) scriptis, omitienda Bk.

Sed si quid fiat huiusmodi, licentiam habere uniuscuiusque civitatis sanctissimum episcopum et eius primates non respondere pro memoratis capitulis talibus personis, referre autem ad nos, ut hoc agnoscentes et illatum civitatibus damnum ex eorum substantia restitui iubeamus, et competentem vindictam talibus inferamus.

Cap. XVIII

Super hoc iubemus, scriniarios operum sub praefecto sacrorum praetoriorum constitutos nullum participium ad talia ratiocinia omnino habere, vacantibus omnibus, per quae eis sive generaliter sive specialiter aliquid tale pridem concessum est, aut postea impetretur (1). Pro praedictis enim causis rationes nulli committi volumus, nisi nos, prodesse civitatibus existimantes, virum opinionis bonae et dignitate ornatum elegerimus, qui debeat a nobis in scriptura divinam iussionem percipere, continentem per (2) nostram piam subscriptionem et illius nomen et dignitatem, et causas, et tempora, quorum ei ratiocinia committimus. Eos autem, qui a talibus personis rationes exiguntur, omnem habere tutelam (3) iubemus, aliam (4) quaestionem nullatenus sustinentes.

Cap. XIX

Ad haec sancimus, in nullo nostrae reipublicae loco eundem [episcopum] (5) et iudicem esse, et (6) loci servatorem gloriosissimorum praefectorum aut magistrorum militaris cinguli, sed nec aliquam exactionem fiscalium tributorum agentem loci servatorem esse gloriosissimorum praefectorum aut magistrorum militum. Et simpliciter dicendum est, nullum in provinciis fieri loci servatorem praefectorum, nisi per nostram iussionem in expeditis (7), ubi utilitas exigit et (8) loci servatorem mitti eiusdem praefecturae, qui debeat providere militaribus expensis. Si quid autem extra hoc delinquatur et committatur, qui quidem loci servatorem suum (9) fecit, triginta librarum auri poenam exigatur, restitutus omne damnum, quod per eum, qui ab eo directus est, aliquis pertulerit, qui vero fieri praesumerit, et (10) proprio cingulo et dignitate et militia privabitur, et decem librarum auri poena mulctabitur.

Cap. XX

Ad haec prohibemus et in provinciis existentes iudices, civiles et militares, in civitatibus aut castris loci servatores in commissis sibi provinciis facere, ex quo videlicet in provinciam accesserint, et in quantum in ea administrant, quinque auri librarum poena imminente tam facienti loci servatorem iudici, quam fieri praesument. Antequam vero in provinciis veniant iudices, damus eis licentiam vices agentes suos instituere, qui debeant omnia usque ad sui praesentiam agere, quae pos-

alguna tal cosa. Mas si se hiciera alguna tal cosa, tengan licencia el santísimo obispo de cada ciudad y los principales de ésta para no responderles por los mencionados capitulos á tales personas, y para darnos cuenta, á fin de que sabiéndolo nosotros mandemos que de los bienes de ellos sea resarcido el daño inferido á las ciudades, y les imponemos á los tales el castigo correspondiente.

Capitulo XVIII

Además de esto mandamos, que los empleados en las secretarías de obras, constituidos bajo la dependencia del prefecto de los sacros pretorios, no tengan absolutamente ninguna participación en tales cuentas, quedando sin efecto todas las disposiciones por las que ya en general, ya especialmente, se les concedió antes alguna tal cosa, ó se impretara después. Porque no queremos que las cuentas por las susodichas causas sean encomendadas á ninguno, á no ser que nosotros, estimando que les es conveniente á las ciudades, hubiéremos elegido varón de buena fama y revestido de dignidad, el cual deba recibir de nosotros divino mandato por escrito, que con nuestra piadosa firma comprenda el nombre y la dignidad de él, y las causas y el tiempo, cuyas cuentas le encomendamos. Pero mandamos que aquellos á quienes por tales personas se les exigen las cuentas tengan completa seguridad, no sufriendo de ningún modo ninguna otra cuestión.

Capitulo XIX

Mandamos, además, que en ningún lugar de nuestra república sea uno mismo obispo y juez, y vicario de los gloriosísimos prefectos ó de los maestros de cingulo militar, y que tampoco el que desempeña alguna exacción de tributos fiscales sea vicario de los gloriosísimos prefectos ó de los maestros militares. Y sencillamente se ha de decir, que nadie sea nombrado en las provincias vicario de los prefectos, á no ser por mandato nuestro en caso de expediciones, cuando la necesidad exige que se envíe un vicario de la misma prefectura, que deba proveer á los gastos militares. Mas si contra esto se delinquiera y se incurriera en algo, exijasele al que ciertamente nombró vicario suyo la pena de treinta libras de oro, el cual deberá resarcir todo el daño que alguien hubiere sufrido por causa del que por él fué enviado, y el que se hubiere atrevido á ser nombrado será privado de su propio cingulo, dignidad y milicia, y será castigado con la pena de diez libras de oro.

Capitulo XX

Además de esto prohibimos, que los jueces que hay en las provincias, civiles y militares, nombren en las provincias á ellos encomendadas vicarios para las ciudades ó campamentos, por supuesto, desde que hubieren llegado á la provincia y mientras en ella desempeñan la administración, amenazando la pena de cinco libras de oro, tanto al juez que nombra vicario, como al que se atreve á ser nombrado. Pero les damos licencia á los jueces para que antes que vayan á las provincias nombren quie-

(1) imperetur, *Bk.*
 (2) *El cód. Hamb., y Trid.; per, omittentia Port., y Cont.*
 (3) *cautelam, Trid.*
 (4) *Bk.; aliquam, el cód. Hamb., y las ed.*
 (5) *episcopum, que ha sido puesta entre paréntesis, omittentia Bk.*

(6) *et, omittentia el cód. Hamb., y Trid.*
 (7) *El cód. Hamb., y Trid.; expeditionibus, en vez de expeditis, Port., y Cont.*
 (8) *El cód. Hamb., y Trid.; et, omittentia Port., y Cont.*
 (9) *num, omittentia el cód. Hamb.*
 (10) *El cód. Hamb.; et, omittentia las ed.*

sunt ipsi iudices facere, citra tamen novissimum supplicium aut membri incisionem. Sed si quis ex iudicibus secundum iussionem nostram in aliam regionem mittatur, liceat ei per similem modum loci servatorem suum facere.

Cap. XXI

Iubemus autem, omnes iudices, tam militares quam civiles, per se requirere eos, qui latrocinia, aut violentias, aut rapinas rerum aut feminarum, aut alia quaelibet in provinciis illicita committunt, et supplicia eis legitima inferre, neque pro his causis accipere aliquid consuetudinis nomine, ut omnes undique nostri collatores illaesi serventur. Non enim permittimus cuilibet maiori aut minori militari iudici aut latronum insecutores, aut violentiarum inhibidores, aut tribunos pro talibus causis in provinciis ordinare, aut qui debeant aliquos exarmare (1), ut non per tales occasiones ampliores violentiae inferantur provincialibus. Si quis autem iudicum hoc non custodierit, cognoscat, non solum se commisso sibi cingulo spoliandum, sed decem librarum auri poenam exsolvere eo, quod (2) praesumerit talem causam assumere, post tormenta vero (3) et confiscationem substantiae in exsilium redigendum (4).

Cap. XXII

Ad hoc iubemus, provinciarum iudices et officia eorum, si quando de civitate ad civitatem veniunt, neque angariis, neque descriptionibus aut aliis expensis collatores gravare, sed ex deputatis sibi fisco annonis expensas facere.

Cap. XXIII

Super hoc sancimus, provinciarum iudices omnibus modis post depositionem cinguli quinquaginta dies in provinciis commorari, et conventiones aliquas contra se moventibus respondere. Si vero contigerit aliquem ex eis ante completos quinquaginta dies deserere provinciam, iubemus, omnes ab eo damnum aliquod passos simul ingredi apud sanctissimum metropoleos episcopum eiusdem provinciae, et sub gestis monumentorum unumquemque tangentem sancta evangelia palam facere illata dispendia, et ex illius substantia, contra quem talia facta sunt monumenta, omne damnum laesis restitui providentia et periculo per tempus praefectorum (5) eiusdem provinciae, scientibus, quia, si hoc complere neglexerint, ipsi de propriis facultatibus omnia damna laesis restituere compellentur.

Cap. XXIV

Si quis autem ex iudicibus provinciarum aut evo-

(1) *Cont. al margen*; examinare, el *cód. Hamb.*, y las ed.
(2) eo, qui—exsilium redigendo et relegando, *Bk.*
(3) vero, *omittela Bk.*
(4) in exilium redigendum et in exilium redigendum relegando, el *cód. Hamb.*; in exilium redigendum et in exilium

nes hagan sus veces, los que deberán hacer hasta la presentación de ellos todo lo que pueden hacer los mismos jueces, excepto, sin embargo, la ejecución del último suplicio ó la amputación de un miembro. Mas si alguno de los jueces fuera enviado por orden nuestra á otra región, séale de igual modo lícito nombrar un lugarteniente suyo.

Capítulo XXI

Pero mandamos, que todos los jueces, tanto militares como civiles, busquen por sí á los que en las provincias cometen latrocinios, ó violencias, ó rapiñas de cosas ó raptos de mujeres, ú otras cualesquiera cosas ilícitas, y les impongan los legítimos suplicios, y que por estas causas no reciban cosa alguna á título de costumbre, de suerte que en todas partes sean mantenidos ilesos todos nuestros contribuyentes. Porque no le permitimos á ningún juez militar superior ó inferior nombrar por tales causas en las provincias perseguidores de ladrones, ó encargados de impedir violencias, ó tribunos, ó quienes deban desarmar á otros, á fin de que con tales ocasiones no se les causen á los provincianos mayores violencias. Mas si algún juez no observare esto, tenga entendido que no solamente será despojado del cingulo á él conferido, sino que pagará la pena de diez libras de oro, por haberse atrevido á echar sobre sí tal cosa, y que después de los tormentos y de la confiscación de sus bienes será enviado al destierro.

Capítulo XXII

Además de esto mandamos, que los jueces de las provincias y sus oficiales, si alguna vez van de una ciudad á otra, no graven á los contribuyentes con la prestación de bagajes, ni con derramas ú otros gastos, sino que sufragen los gastos con las annonas que del fisco les están asignadas.

Capítulo XXIII

Mandamos además, que los jueces de las provincias permanezcan de todos modos después de haber dejado el cingulo cincuenta días en las provincias, y que respondan á los que contra ellos promuevan algunas demandas. Pero si aconteciere que algunos de ellos abandonan la provincia antes de cumplidos los cincuenta días, mandamos que todos los que por él sufrieron algún quebranto se presenten al mismo tiempo al santísimo obispo de la metrópoli de la misma provincia, y levantándose actas haga manifestos cada uno tocando á los santos evangelios los dispendios que se le causaron, y con los bienes de aquel contra quien se formalizaron tales actas resarzáseles á los lesionados todo quebranto por providencia y bajo la responsabilidad de los que á la sazón sean prefectos de la misma provincia, teniendo entendido, que, si hubieren descuidado cumplimentar esto, serán ellos mismos compelidos á restituirles con sus propios bienes á los lesionados todos los quebrantos.

Capítulo XXIV

Mas si alguno de los jueces de las provincias

relegandum, *Trid.*; in exilium et redigendum et relegandum, *Port.*; in exilium redigendum et relegandum, *Cont.*
(5) et tracte, *adiciona el cód. Hamb.*, por lo que se ve que se debe añadir tracteturum, como también se halla en el texto griego.

cetur ad aliam administrationem, aut opus ad aliam provinciam ei credatur, iubemus, eum legitimo procuratore constituto conventiones pro damnis proponentibus respondere. Quod nisi fecerit, sancimus, monumenta apud sanctissimum episcopum, sicut superius dictum est, agi, et pro damnia illatis eis iurantibus, secundum gestorum virtutem omne damnum reddi, providentia (1) similiter et periculo per tempus praefectorum, et (2) uniuscuiusque provinciae tractenturam (3).

Cap. XIV

Omnes autem pecuniarias poenas, quae praesente lege continentur, a comite per tempus privatarum exigi eos, qui praesentem legem non servant, et nostro fisco vindicari sancimus, qui, nisi eas vindicaverit, ipse cum ministrante sibi schola ex propria facultate huiusmodi quantitatem solvere cogetur.

Epilogus

Quae igitur per praesentem legem nostram salutarem, in perpetuum valituram, pro utilitate et statu nostrorum collatorum disposuimus, tua gloria inviolata et immota per omnia servare festinet, et ad omnium notitiam pervenire faciat, edictis quidem in hac regia civitate solemniter propositis, praeceptis autem ad clarissimos provinciarum iudices directis, ut per eos omnibus collatoribus manifesta fiant.

Dat. Id. Iun. imp. DN. IUSTINIANI P. P. Aug. anno XIX., post BASILII V. C. cons. anno IV. Indict. VIII. [545.]

CONST. CXXIII (4)

DE SAMARITIS

Idem Augustus AREOBINDO Pf. P.

Praefatio

Nullum ita magnum subiectionum nostrorum delictum est, quod non nostra clementia medeatur. Licet enim eorum facta odio habentes ad vindictam pro eis insurgamus, tamen tempus medentes et commones (5) modis competentibus delinquentes, rursus ad nostram clementiam remeamus, iustitiam iracundiae benignitatis reconcilians rationibus, quale quiddam et praesens nostra celebrat lex. Samaritas enim pridem atroces et elatos contra Christianos, et in omnium velut novissimam superbiam excedentes plurimis quidem poenis affliximus, una vero maxime, quod neque testamenta ipsi possunt conscribere, neque hi defuncti absque testamento cognatis, qui ab intestato vocantur, hereditatem transmittere, nisi ad hereditatem ex utraque causa vocatos rectae Christianorum fidei esse contingeret. Interdiximus autem

(1) *El cód. Hamb., Trid., y Port.; provincia, Cont.*

(2) *et, omitenla el cód. Hamb., Trid., y Port.*

(3) *Cont. al margen; tracteurorum, el cód. Hamb.; tractorum, Trid.; tractatorum, Port., y Cont.*

(4) *El texto griego (Novela CXXIX.) se halla en Scrimg.,*

fuese llamado á otra administración, ó si á él se le encomendara trabajo en otra provincia, mandamos que él responda, habiendo nombrado legitimo procurador, á los que por perjuicios hubiesen propuesto demandas. Y si no hubiere hecho esto, mandamos que se levanten actas, según más arriba se ha dicho, ante el santísimo obispo, y á los que juren respecto á los daños que se les causaron resárzaseles todo el daño á tenor de las actas, igualmente por providencia y bajo la responsabilidad de los que á la sazón sean prefectos y de los recaudadores de tributos de cada provincia.

Capítulo XIV

Pero mandamos que todas las penas pecuniarias, que en la presente ley se contienen, sean exigidas por el que á la sazón sea conde de los bienes privados á los que no observen la presente ley, y que sean aplicadas á nuestro fisco, y, si él no las hubiere reivindicado, será él mismo obligado, juntamente con el cuerpo que le presta servicio, á pagar de sus propios bienes tal cantidad.

Epilogo

Por tanto, apresúrese tu gloria á guardar en todo inviolable é inmutable lo que por medio de nuestra presente saludable ley, perpétuamente valedera, hemos dispuesto en pro de la utilidad y del estado de nuestros tributarios, y hágalo llegar á conocimiento de todos, exponiendo solemnemente edictos en esta real ciudad, y enviando mandamientos á los muy esclarecidos jueces de las provincias, para que por estos se les haga manifiesto á todos los contribuyentes.

Dada el día de los Idus de Junio, en el año décimo noveno del imperio del señor JUSTINIANO, Augusto pespétuo, cuarto después del consulado de BASILIO, varón muy esclarecido, Indicción octava. [545.]

CONSTITUCION CXXIII

DE LOS SAMARITANOS

El mismo Augusto á AREOBINDO, Prefecto del Pretorio.

Prefacio

No hay ningún delito de nuestros súbditos tan grande, que no sea remediado por nuestra clemencia. Porque aunque odiando los hechos de aquéllos nos movamos por ellos á venganza, sin embargo, contemporizando y amonestando de maneras convenientes á los delincuentes, los volvemos de nuevo á nuestra clemencia, reconciliando la justicia de la ira con razones de benignidad, algo de lo que hace también nuestra presente ley. Porque á los samaritanos, que antes eran atroces y arrebatados contra los cristianos, y como que sobrepujaban la mayor soberbia de todas, los agobiamos ciertamente con muchas penas, y principalmente con una, para que no pudiesen ellos escribir testamentos, ni fallecidos sin testamento transmitir su herencia á los cognados, que son llamados abintestato, á no ser que aconteciere que los llamados por una y otra

y falta en Hal. — Athan. III 2. — Véanse Parat. § 4. Athan. III. IX. Coll. const. eccl. III. 3. 2. Photii Nomoc. X. 8. — Julian. Const. 116. — Cont. fue el primero que dió (1571.) una antigua versión, no glosada, tomándola de un antiguo manuscrito.

(5) *Bk.; commoventes, Cont.*

eis et legata dare, et donationes scribere, aut aliquas omnino alienationes in suis ponere rebus, nisi forsitan orthodoxa fide percipiens persona esset. Licet autem lege generali haec comprehendentes tunc meminerimus, tamen non eandem in operibus, quam in litteris subtilitatem reservavimus. Nam neque nostrum fiscum, nec aliquam publici partem ex his quidquam accipere passi sumus, licet hoc expressim lex daret.

Cap. I

Nunc itaque ad moderationem reductos videntes eos, et nobis ipsis indignum esse putantes in iisdem permanere terminis contra eos, qui non similia prioribus languent, praestantes maxime omnium Sergii sanctissimi Caesariensium metropolis episcopi iustis petitionibus, quas pro eis fecit (1), (testimonium quidem perhibentis meliores eos factos, quietem vero eorum futuro tempore promittentis), ad praesentem sacram nostram venimus legem, per quam sancimus, licentiam esse Samaritis iam scribere testamenta, et suas proprias dispensare substantias, sicut et aliae praebent leges. Et per praesentem nos decernimus, et sine testamentis morientes ab intestato vocatos secundum imitationem aliorum hominum heredes habere eos, praeter ea, quae per praesentem nostram transponemus (2) legem. Sed et donationes eis permittimus scribere, et legata dare et accipere, et huiusmodi contractus facere cum omni licentia. Qui enim testari dedimus eis et omnem dispensare substantiam, quomodo de particulari dispensatione negabimus?

Cap. II

Sed tamen non eundem reddimus ordinem et Christianis successoribus et Samaritis, iterum vero et merito meliora sectantibus privilegium praestamus. Unde si quis eorum sine testamenti moriatur, et filios ad deum discretos reliquerit, soli vocabuntur ad huiusmodi hereditatem, qui rectam Christianorum allegant fidem, aliis exclusis, quicumque ipso detinentur, quo defunctus, errore. Haec autem dicimus non super filiis solis, sed etiam aliis cognatis, ex quacunque sint linea, ut recta sectantes illis, qui non proxima colunt praepoñantur, tamen si eundem qui vocantur omnes gradum accipiant, aut unam ad hereditatem habeant vocationem. Non enim his, qui ex longiore gradu sunt, et a vicinioribus excluduntur, licet meliora sectantibus, proximorum damus praelationem aut privilegium.

Cap. III

Nec tamen poenitentiae locum in causa exclusis auferimus et (3) ex hoc. Nam si voluerint et postea ad rectam fidem Christianorum reverti, qui pro hoc hereditate exclusi sunt, suas recipient portiones, ita vocandi ad hereditatem, tanquam si [ab

